



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Familiares.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

186 FAMILIARES.

poterit iusta causa Religiosum in exilium missum, ab eo reuocare, nisi constitutiones Regulares aliud disponant. *ibidem*.

Monasterium, vbi Monachus exulans commisit delictum, debet præstare illi alimentum, si in aliud relegetur, & ibi detrudatur, aut si quid habet de suo prouideat ei de ipso, nisi fecerit professionem in Ordine capaci bonorum in communi, quia tunc Monasterium, ad quod peruenit hæreditas Monachi delinquentis, debet ipsum alere. In Ordine autem Fratrum Minorum propter summam paupertatem, ministrat necessaria ad Monasterium, ad quod mittitur, art. 2.

FAMILIARES.

*Vide Interdictum.*

**L**Argè familiares dicuntur, qui cohabitant cum aliquo. Familiares autem Fratrum sunt ij, qui ex authoritate Prælatorū, aut Officiū Conuentuum, toti communitati seruiunt, aut alicui Patri particulari; non sufficit autem quod Fratribus particularibus seruiant, ex eorum

eorum libito solum assumpti. 10. 10.  
qwest. 67. art. 1.

Possunt Regulares ex iure com-  
muni , familiaribus suis , & iis qui  
in eorum morantur obsequiis, si in-  
firmentur intra septa Monaste-  
riorum , cuncta Ecclesiastica Sacra-  
menta liberè Ministrare ; iis autem  
( licet famuli non sint , neque fa-  
miliares ) quos intra septa Mona-  
steriorum infirmari contigerit; Ex-  
tremam Vnctionem licet Monachi  
dare possunt assensu Parochi , vel  
Episcopi nullatenus requisito. *ibid.*  
*ex Privileg.*

Famulorum & familiarium con-  
fessiones audire non possunt , nisi  
Religiosi Confessores ab Ordinario  
approbati iuxta formam. *Conc. Trid.*  
*ibid.*

Quamuis fint famuli illi , qui  
actualiter seruiunt Monasteriis, no  
tamen actualiter seruentes assum-  
pti in fraudem legis , ut supradictis  
privilegiis gaudeant , iis frui de-  
bent. *ibid.*

Famuli Fratrum secundum ius  
commune in sua parochia debent  
sepeliri aut in sepulchro maiorum,  
nisi

nisi alibi sepulturam elegerint, pos-  
sunt tamē, licet sepulturam non eli-  
gant, in Monasteriis ipsorum Fratru-  
m sepeliri, etiam Parocho recusante, &  
tempore interdicti, ac cessationis a  
diuinis, ea solemnitate, quā sepe-  
liuntur Fratres. art. 2.

Seruitores, & famuli, qui Mona-  
steriis actu seruiunt, & intra eo-  
rum septa ac domos actu resident  
subque Prælatorum obedientia vi-  
uunt, nequeunt ab Episcopis ex-  
communicari sine speciali manda-  
to Papæ, *Ex concess. Alexandri IV.*  
*limitate per Concilium Tridentinum.*  
arr. 3.

## FESTVM.

Vide Interdictum.

**P**ropositio Festum corporis Christi à quibuscumque celebrari in  
Dominica infra Octauam huius  
solemnitatis, & quonam modo ce-  
lebrari debeant festa nominis Iesu,  
Sanctorum Bonaventuræ, ac Dida-  
ci Ordinis Minorum, Sancti Anto-  
nij de Padua eiusdem Ordinis,  
Sancti Francisci de Paula Funda-  
toris Minimorum, Sancti Placidij  
et socij